Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



Cum ergo filius dī. in eo utq: quod dī est filius non uidetur.
Sē autem hieronimus ait. Uidere dm̄ sicut est in natura sua.
oculus hominis non potest. Non solum homo. nec angeli.
nec throni. nec potestates. nec dominationes. nec omne nomen
quod nominatur. Neque enim. creatura potest aspicere
creatorem suum. Hi uerbis uir doctissimus. satis ostendit
quid etiam de futuro saeculo. quod hanc rem. at tunc quantū
lib et enim oculi corporis nri. mutentur in melius. angelorū
oculis aequabuntur. Hic autem et ipsis et uniuersae omnino
caelesti creaturae. inuisibilem naturam dixit esse creatoris.
Aut si et hinc sit questio. et infertur. ulla dubitatio. utrum
non simus futuri angelis potiores. Ipsius dm̄ est hinc capta
sentēntia. ubi ait de resurrecturis in regnum. Erunt aequales
angelis dī. Unde idem ipse ēē hieronimus alibi sic dicit.
Homo igitur dī faciem uidere non potest. Angeli autem.
etiam mmmorum in ecclesia. semp uident faciem dī. Et tunc
in speculo uidemus in enigmate. tunc autē facie ad faciem.
Quando de hominibus in angelos p ficerimus. et potuerimus
cum apostolo dicere. Nos autem omnes reuelata facie gloriā
dn̄i speculantes. in eandem imaginem transformamur.
a gloria in gloriā. tāquā a dn̄i spū. Lice faciem dī iuxta
naturae suae p pri et tem nulla uidet creatura. et tunc
mente cernatur. quando inuisibilis creditur. in hi uerbis
hominis dī. multa considerandā sunt. Primum. quia sed
aptissima am dn̄i sententiā et iam ipse sentit tunc nos uisuros
faciem dī. cum in angelos p ficerimus. Id est aequales angelis
facti fuerimus. quod erit utq: in resurrectione mortuorū.
Deinde apostolico testimonio satis aperuit. non exterioris
sed interioris hominis faciem intellegendam. cum uidebimus
facie ad faciem. De facie quippe cordis loquebatur apostolus.